loquitur de certo beneficio semper exprimit modus vacandi per certam personam et utramque causam exprimit papa in c. susceptum si certe inspiciatur Nam in primo casu mandatur de certo beneficio de certo modo vacantis mediantem personam in secundo casu loquitur de vacatione in quo casu variandi ponitur clausula quovis modo Sed si poneretur quovismodo credo idem quod in primo casu quia non video rationem diversitatis Sed credo rationem utrobique uniformem quia ius de beneficiis late et in temporalia tamen si est tamen quedam regula sive ordinatio in curia domini Urbani pape v declarata per dominum Gregorium papam xi que facit pro et contra in questione nostra Ordinatio vero domini Urbani stat sic

De eodem

Item Si petatur alicui de certo beneficio provideri et supplicacione super signata non fuit mentio de reservatione quia licet impetrans huiusmodi habuit et producat reservationem de beneficio antequam litere super hoc conficiende non expedientur cum reservatione narrationis eiusdem Sed cum clausula si non fuit alteri ius quesitum mandabit sibi provideri actum de eodem. xxxiiii

Sequitur additio Gregorii xi

Dominus Alexander Gregorius non vult quod stilus predicte suetus tempore suo quia qui providet vel provideri mandat non habet verba ad propositum nostrum quia intentio sua est providere quotienscumque modo ad ipsum pertineat nisi esset generaliter reservatum quia tunc non intendit provide vel mandare provideri nisi in supplicationibus de generali reservatione fuerit facta mentio et illa generalis reservatio fuerit specificata Ex qua regula concludit nullum fore differentiam inter promissionem factam vel mandatum de providendo certi beneficii vacantis apponitur etiam omnem modum vacandi includi uno excepto videlicet generali reservatione que re vera non respicit modum vacationis Sed potius modum affectionis beneficii seu pertinentia collationis et ideo meo iudicio modicum faciunt predicte regule ad propositum fuit quod conclusum per omnes opinionem contra et tamen capi fore tutiorem et sic eligenda et servandam et hactenus sic fuisse servatum in Rota ar. de spon. c. iuvenis cum similibus vide aliam similem infra sub numero cxli

Item fuit dubitatum a quo tempore xxx dies ad dandum et recipiendum apostolos incipierent currere cum iudici quia appellanti hoc est querere utrum a tempore appellationis interposite vel a tempore appellationis sive in qua questione doctores antiqui et moderni erant varii et diversi opinio fuit in opinione quod a tempore appellationis et non sine per multas rationes quas posuit ibidem in c. cordi de app. li. vi per quas rationes plures alias idem tenuit Zensilinus in cle. quoniam de app. pro quorum opinione videtur tex. in c. cum ab eo de app. li. vi. v. xxxv